raciocinio nullatenus admittentur; immo mandata ipsa clausa et non patencia in penam temeritatis vestre in vestro raciocinio volumus non admitti; mandantes vobis expresse, quod ad restitucionem castrorum, terrarum, possessionum quarumlibet, mobilium eciam seseque movencium aliquibus faciendam nullomodo procedatis, nisi super hiis negociis specialia mandata patencia receperitis, que utrisque sigillis, magnis videlicet pendentibus et parvis secretis regiis et nostris fuerint sigillata.

[12.] proventus vero et iura bonorum omnium, que racione dicti officii procuracionis per manus vestras fuerint, plus offerentibus, debita prius subastacione premissa, aliis sollempnitatibus observatis, que in concedendis iuribus fiscalibus observari consueverunt et debent, preter vineas magnas et bona iardena et alia loca regiis solaciis deputata, que non debent in cabellam locari, pro eodem anno presenti ad extalium concedatis, cum sit tucius, certis igniti quam ad incerta vagari. et de ipsorum vendicione factis puplicis instrumentis ad cautelam, ea ad opus vestri raciocinii conservetis.

[13.] nichilominus tres quaternos consimiles exinde faciatis, quorum uno vobis retento, aliud camere et tercium predictis magistris racionalibus sub sigillis vestris destinare curetis. qui quaterni contineant omnia et singula iura ipsa, que locata fuerint, quibus, et pro quanta pecunie victualium seu rerum aliarum quarumlibet quantitate. contineant eciam quaterni ipsi omnia alia

a) = immiti
8

b) Reg. decent
7